

7^m 547

SED MINIME ADIPISCUNTUR, QUONIAM PROBRA⁸⁵ id est vicia hoc est viciosi
 homines⁸⁶ (est enim emphasis) NON VENIUNT AD BEATITUDINEM que tamen est
 illud bonum quod tam mali quam boni desiderant⁸⁷ id est rationali
 appetitu affectant.⁸⁷

[IV m 2]

QUOS VIDES metrum secundum quarti et est mixtum ex Alemanico
 trochaico constante dimetro achathalecto et Ferecracito de quo dictum
 est supra libro secundo metro secundo.¹ Docet autem Philosophia in hoc
 metro quomodo malorum potencia sit consideranda et precipue in illis
 malis quibus maxime videtur² adesse potencia cuius modi sunt reges et
 principes tyrannizantes. Ordina litteram sic incipiendo constructionem
 in quarto³ versu sic SI QUIS DETRAHAT scilicet per considerationem et
 intellectum TEGMINA VANI CULTUS id est curiosum ornatum SUPERBIS scilicet
 illis (1) QUOS VIDES SEDERE REGES CELSOS (2) CULMINE CLAROS NITENTE
 id est splendente PURPURA SEPTOS id est circumdatos ARMIS TRISTIBUS
 aspectus enim armorum non sinit eos esse letos quia per ea ammonent se
 ab aliis occidi posse (3) ORE TORVO COMMINANTES ANHELOS id est furibundos
 RABIE id est ferocitate CORDIS id est animi (5) IAM VIDEBIS DOMINOS
 scilicet tales et FERRE INTUS id est in animo ARTAS CATHENAS id est

85 probacio (?) J / 86 est enim emphasis JORD om. PPeG /
 87 id est rationali appetitu affectant JORD appetitu rationali et
 affectu PPeG /

1 secundo RPO et (t) J / 2 videtur RPO videntur J / 3 quarto
 scripsi septimo (7.) PPeGJORD /

vincula viciorum et hoc manifestat subdens (6) HUNC⁴ ENIM id est⁴.
 unum de dominis⁴ vel secundum alios libros HINC⁵ id est ex una parte
 LIBIDO VERSAT id est precipitat. CORDA scilicet talium tyrannorum VENENIS
 AVIDIS (7) HINC id est ex alia parte IRA TURBIDA TOLLENS id est attol-
 lens FLUCTUS id est impetuosas passiones (7-8) FLAGELLAT⁶ MENTEM⁶ AUT
 CAPTOS scilicet infortunio aliquo MEROR FATIGAT AUT SPES que est res-
 pectu alicuius boni LUBRICA⁷ id est fallibilis⁷ TORQUET. (9) ERGO CUM
 CERNES UNUM CAPUT id est unum de talibus principibus qui est caput
 populi⁸ vel patrie⁸ FERRE id est sustinere TOT TYRANNOS id est passiones
 tyrannizantes in mentem⁹ subvertendo eam ad vicia⁴ (10) NON FACIT IPSE
 scilicet princeps quicumque QUOD OPTAT scilicet naturali et¹⁰ rationali
 desiderio PRESSUS id est oppressus DOMINIS INIQUIS id est viciis inique
 dominantibus. Unde pulcre dicit beatus Augustinus de civitate Dei libro
 quarto capitulo tercio: bonus, etiam si seruiat, liber est; malus, autem,
 etiam si regnet, seruus est, nec unius hominis sed, quod grauius est,
 tot dominorum quot viciorum.

[IV p 3]

VIDESNE IGITUR prusa tertia. Ostenso quod mali sunt semper
 impotentes boni potentes, manifestat hic quedam ad hoc consequentia.
 Et sunt duo, quorum primum est quod malis numquam deest supplicium
 bonis vero numquam premium. Secundum est quod miseres sunt mali

2 CSEL, I, p. 166

4 hunc enim id est JORD hinc enim in PeG hunc hinc enim id est P /
 5 hinc RPO hunc J / 6 flagellat J / 7 id est fallibilis JORD om. PPeG /
 8 populi vel patrie RPO proprii vel proprie J / 9 in mentem ORD in
 mente J mentem PPeG / 10 et RPO om. J /